

DIVINAM  
PROTECTIONEM CONNUBIALEM,  
VIRO  
*PEREXIMIO CLARISSIMO*  
**DN. M. MICHAELI  
SCHIRMERO,**

Gymnasij Freibergensis CON-RECTORI

*longè meritissimo, Collegæ olim favissimo, & Amico  
suo honoratissimo,*

Cum  
*VIRGINE HONESTISSIMA ET PUDICISSIMA*  
**ANNA MAGDALENA  
HORNIA,**

VIRI  
*NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ATQ. EXPERIENTISSIMI*  
**Dn. JOHANN: CASPARIS HORNII,**  
Philosop. & Med. Doctoris, Physici ibidem Ordinarij Primarij  
famigeratissimi per dilecta

FILIA,

*Ad diem 26. Novembris Anno 1661.*  
Hymenæja Festa faustis auspiciis celebranti,  
ad precatur

**COLLEGIUM CONCONATORIUM**

LIPSIENSE.

*FREIBERGÆ,  
TYPIS BEUTHERI*

*1661.*

A & Ω.



Ygdoniis fluxisse opibus, Lydiq; talentis,  
Securove statu Samij exultasse Tyranni,  
Et recreasse leves vario oblectamine mentes,  
Præ reliquis ducunt hos terq; qvaterq; beatos.  
Sed sunt conatus digni meliore brabéo

Horum, qvi forti contemnunt mente caduca

Et sortem lubricam miscentem adversa secundis.

Hoc Prudentis opus, nec opinio corda fefellit!

*Sir. cap. 6. Hinc, qvem Pierios fama est gustasse liqvores,*  
*ad v. 18. ad finem.* Et vidisse Deas, qvibus est custodia sacri

Fontis, & Eurotæ campos, ac Phocidis arva;

*ad v. 11. ad 18. Prætereaq; alias mentes constringere, præstat,*

Jure sodalitij, qvi animæ pars altera nostræ,

Qvod certè svadent rerum monumenta sacrarum.

Jucundos etenim prodit Sapientia fructus,

Et qvamvis radix sit amara satis, sed opimo

Fœnore post varios exantlatosq; labores

Tandem dat. Quid? qvod potius similem qvoque reddit

Humanam mentem Divinæ, cuius imago.

Nec cadit in talem mitis Sapientia, lassus

Qui gremio ignavo palmas abscondit utrasq;;

Nec qvi perversâ pietati mente remisit

Nuncia: sed pectus peramat gnavumq; probumq;.

Ecqvid, qvæso, magis commendat Pagina Sacra,

Et satagit gravibus verbis extollere, Amico

Inge-

MP4

Ingenuum pectus constantis amoris habente,  
In cuiusq; sinu potis es reqviescere tutus,  
Qui nocte atq; die curarum dulce levamen :

O Te Felicem, ac ex omni parte beatum,  
Qui gaudes utroq; ve simul, CLARISSIME SPONSÆ!  
Euge tuis votis modò subscriptissse videtur  
Cœlum, ac Pegasidum Grex Tecum gaudia gaudet  
Hâc pro sorte novâ. Sic nondum sufficit olim,  
Qvam Phyliréa dedit nitidam gestasse coronam ,  
Qvâ dignatus eras, qvia Te instigaverat ardor  
Posthabitîs, animum doctas coluisse per Artes ,  
Delitiis mundi, & superasse cacumina Pindi ,  
Castalidumq; undis, Mensem, Ora, Manusq; rigasse.  
Ergò Friberga probè cognoscens arte Magistrum  
Gymnasio patrio laturum commoda multa ,  
Unanimi voto Tibi sceptrâ Magistra dederunt.  
Sic operam cultumq; tuum Divina Potestas  
Affecit precio digno, & Te plura manebunt.

Nunc offert iterum Tibi Patria digna brabéa  
Pro meritis, fidum conjungens pectus Amicæ ,  
Ecqvid in hâc reperis Sponsâ? pretiosa fodina !  
Aurea si poterunt Urbs congerere æra monetæ ,  
Thesaurosq; suos cumulare ex ductibus illis :  
Pondus erit melius reverâ nobilis aurî ,  
Qvod Speciosa fovet, nec spe Tu falleris inde .  
Copia fulgentis nitidas flammæ vomit auri:  
Eminet illa magis, divino prædita honore  
Eximiæ frontis: faciem suffusa pudore ,  
In qvâ ceu gemmæ radiant adamantina Virtus ,  
Simplicitas, pictas, & qvæ bona maxima qvæque.

Hoc SCHIRMERE, fuit ratio, qvare inclyta nostra  
Pallas concipiat rursus nova gaudia Tecum:  
Incidit in cæsæ Tibi Virgo petita jugales,  
Sic ut Cyriques concepit Acontius æstus,  
Cui pomo sese devinxit in æde Dianæ:  
Sic Tibi Virgo petita venit, qvæ nata Parente  
Cui suus Hippocrates labor, & sua cura Galenus,  
Sæpe colos & pensa trium felicibus herbis  
Exorans: Pietas qvem tollit & arte politum  
Pectus: Nec desunt Matri sua nomina laudis,  
Cum, qvæ fœminei sexus sint, dotibus aucta est;  
Talia nobilium virtutum semina verè  
Egregiè splendent in Sponsâ animisq; Parentum.

Muneris en! nostri memores Tibi fausta precamur;  
Altipotens Numen tua sit Protectio semper,  
Et vos unanimi concedat vivere lecto.  
Annuat alma Trias, sit Marus abeneus atq[ue]



coll

DIVINAM  
PROTECTIONEM CONNUBIALEM,

V

PER EXIMIO

**DN. M. M.  
SCHIR**

Gymnasij Freiberg  
longè meritissimo, Collegio  
suo hon

VIRGINE HONESTIS

**ANNA MA  
HOE**

V  
NOBILISSIMI, AMPLISS  
**DN. JOHANN: CA**  
Philosoph. & Med. Doctoris, I  
famigeratis

Ad diem 26. No  
Hymenéja Festa fau  
adp

**COLLEGIUM C**

FREI  
TYPIS B

